Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tu introiuit. Venit ergo simõ
petrus sequens eũ. et introiuit
in monumentũ et vidit linte
amina posita. et sudariũ quod
fuit super caput eius nõ cũ lin
teaminibus positũ. sed separatũ
in volutũ in vnũ locũ. Tunc
ergo introiuit et ille discipul'
qui venerat primus ad monu
mentũ et vidit et credidit. Nõ
dũ enim sciebãt scripturas. quia
oportebat eũ a mortuis resur
gere. offertorium. Benedictus qui venit in
nomine domini benediximus vos de domo
domini deus dominus et illuxit nobis alleluia allu
alleluia. Secreta. Concede quesumus omnipotens
semper nos per hec mysteria paschalia gratulari. et continua nobis
redemptionis opera per quam nobis fiat causa letitiae. Per. Communio.
Omnes qui in christo baptizati estis christum induistis alleluia. Postcommunio. Redempti
nos munere vegetati quesumus domine ut sicut hoc perceptione salutis aeternae
nobis semper vera proficiat. Per.
De beata virgine in festo paschali. Oratio.
Deus qui per gloriosam resurrectionem filii tui domini nostri iesu christi familiam tuam letificare dignatus es. presta quesumus. ut per eius genitricem virginem mariam perpetuae percipiamus gaudia consequamur. Per eundem. Secreta. Hostias quesumus domine propitius sacrificiis quas in gloriosa resurrectione unigeniti filii tui domini nostri iesu christi offerimus intercedente beata maria semper virgine nobis deuotos omnipotens proficiat et saluos. Per. Postcomunio. Munera diuina que sumpsimus domine resurrectione unigeniti filii tui domini nostri iesu christi in nobis dignanter compleat. et complendo beate marie semper virginis precibus nos in meliorem reformet. Per eundem.
De omnibus sanctis. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus qui sparsis per orbem ecclesiis tuis et effice voluntates tuas in nobis. ut clarificatis letitia tua mereamur filii tui domini nostri iesu christi mereamur a deceptis tuis cum omnibus sanctis delectari. Per. Super oblata. Quesumus domine per secreta mysteria unigeniti filii tui omnium quorum sanctorum tuorum precibus et meritis suffragantibus tibi grata sint et nos ab omni reatu tua gratia largiente misericorditer absoluat. Per. Postcomunio. Sacramenta tui domine munus quesumus tua gratia largiente percipiamus omnium quorum sanctorum tuorum intercessionibus meritis ad eternum remedium proficere sentiamus. Per. Dominica i
Quasi modo geniti albis. in
fantes alleluia rationabiles sine dolo lac concupiscite alleluia alleluia alleluia. Ps. Exultate deo
adiutori nostro iubilate deo iacob. Oratio.
Oremus quesumus omnipotens deus. ut qui